# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Oratio o
### cum uariis

Cum oras clama non uoce sed mente. Nam et tacentes exaudit Deus, nec locus queritur quantum sensus. Ieremias confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat, tres pueri in fornace tripudiant, Iob nudus in sterquilinio triumphat, paradysum de cruce latro inuenit. Non est locus ubi non sit Deus.

Augustinus in sermone.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

clama] clamas P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; locus queritur] queritur locus P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; pueri] pueros $V^2$